



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 6. Quid, si pœnitens absolutus non stet juramento aut promissione satisfaciendi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**



246 P. 3. De Jubileo extraordinario.  
probat Naldus ( apud Gobatum De  
Sacram. tr. 7. n. 145. vers. v. ) ex Ri-  
tuali Romano jussu Pauli V. edito :  
ubi, pro absolutione ab excommuni-  
catione in foro externo, præscribitur  
ut absolvendus prius satisfaciat Parti,  
si potest : quòd si tunc non potest ,  
præbeat cautionem saltem juratori-  
am : at pro absolutione in foro inter-  
no, nihil ejusmodi præscribitur.

Et ità etiam tenent Layman l. 1.  
tr. 5. p. 2. c. 6. n. 8. Tamburin. De Ca-  
sib. reserv. c. 12. §. 4. n. 16. cum aliis,  
benè etiam observans cum aliis, si im-  
potentia non solum sit præsens , sed  
moraliter certò prævideatur, semper  
esse futura, nihil requirendum à Pœ-  
nitente : nam res frustranea require-  
retur.

Q. 6. Quid , si Pœnitens absolutus  
non stet juramento aut promissione satis-  
faciendi ?

R. Manet nihilominùs absolutus,  
adeóque non reincidit in censuram, à  
quâ fuit absolutus, ut iterùm dictum  
est



est *sect. præc. q. 4. Layman sup. n. 8. vers.*  
*Duo insuper, Diana p. 5. tr. 9. R. II.*  
*Tambur. sup. n. 17. &c.*

Q. 7. *Quid, si Confessarius, ante abso-*  
*lutionem, omisisset exigere à Pœnitente*  
*ut satisfaceret, aut saltem promitteret sa-*  
*tisfacere?*

R. *Peccasset graviter, si sciens omi-*  
*fisset: neque esset valida absolutio,*  
*saltem si & pœnitens malâ fide acces-*  
*fisset. Quia Bullæ satis apertè signifi-*  
*cant, satisfactionem, &c. requiri tan-*  
*quàm conditionem necessariam ad*  
*validam absolutionem, aliorumque*  
*favorum acquisitionem. Neque inten-*  
*dimus præsentis iis qui à Nobis & Apo-*  
*stolica &c. (ut habes q. 3.) nisi infra*  
*tempus duarum hebdomadarum satisfacere-*  
*rint, aut cum partibus concordaverint, ullo*  
*modo suffragari posse aut debere.*

Quare, licet, ex probabili admo-  
dum sententiâ, quando in Bullâ Cru-  
ciatæ, aut aliis Privilegiis datur fa-  
cultas absolvendi *satisfactâ parte*, et-  
iam his verbis, *non absolvatur nisi satis-*